

^a CAYLA, *idem.*
ou le CAYLAR,
Dioc. de Nîmes.
^b CLARENSAC,
Dioc. de Nîmes.
^c Il y a à côté
de cet art. & du
sûiv. une acco-
lade, avec ces
mots, *una Littera.*
^d VERGEZE,
Dioc. de Nîmes.
^e VESTRIC. *id.*
^f MASSIL-
LARGUES. *idem.*
^g AIGUES-
VIVES. *idem.*
^h S. JULIEN.

In loco de ^a Cayllario, LXVI. Foci.

In loco de ^b Clarenciaco, LVII. Foci.

^c In loco de ^d Vergeſis, XVII. Foci. } *una Littera.*

In loco de ^e Veſtrico, XXI. Foci.

In loco de ^f Marcihamicis, CLXVII. Foci.

In loco de ^g Aquis-vivis, XXIIII. Foci.

In loco de ^h Sancto Juliano, VIII. Foci.

(a) Lettres portant qu'il sera établi une Monnoye d'Or & d'Argent, dans la Ville de Villefranche-en-Rouërgue.

CHARLES

V.

à Paris, au
Château du
Louvre, le 7.
de Septembre

1373.

^h Languedoc.
ⁱ Occitanis.

^k facilement.

^l quod.
^m Theſaur. Ru-
then. R. li &
plus bas.

ⁿ valeremus.

^o fiat.
^p Ruthen. R.

^q Domini.

KAROLUS Dei gracia Francorum Rex. Notum facimus universis tam presentibus quam futuris, Nos vidisse Litteras carissimi Germani & Locumtenentis nostri in ^b Partibus Occitanis, Ducis Andegavensis & Turonensis ac Comitis Cenomanensis, sigillo suo novo sigillatas, sanas & integras, omni prorsus vicio & suspicione carentes, ut prima facie apparebat, formam que sequitur, continentes.

LUDOVICUS Regis quodam Francorum Filius, Domini nostri Regis Germanus, ejusque Locumtenens in Partibus ⁱ, Dux Andegavensis & Turonensis Cenomanensisque Comes. Universis presentibus & futuris: Salutem. Expediens & utile seu quasi necessarium consuevit arbitrari, facta perquirere & opera quibus multipliciter non solum private rei sed etiam publice subvenitur, & ex quibus comoda fructuosa incessanter consueverunt reportari. Cum igitur jam diu est, ad nostrum non nullorum fide dignorum relatu pervenerit auditum, quod in loco Ville-Franche, Senescallie Ruthenensis, qui quasi in medio dicte Senescallie situatur; attento quod ipsi Domino meo soli & non alteri cuiquam perimer, & etiam quod est locus fortis, magnus, notabilis & antiquus, ad quem mercatores, Campsores, & omnes alii totius Senescallie & Patrie circumvicine, de ^k levi & forsan minoribus periculis & expensis quam alibi in dicte Senescallia, pro hiis que factum Monetarum respiciunt, confluere haberent, bene flaret quedam Moneta Regia in qua essent Magistri, Gardie, & alii Officarii & Operatores, quemadmodum fieri consuevit in aliis Monetis Regni Francie; considerato quod dicto fide dignorum relatu, ipsius Domini mei & ejus Successorum ac rei publice commodum augmentare plusquam diminueret expientes, ^l super hoc & omni commodo vel incommodo ^l quid ex hoc subsequi posset, per dilectos nostros Guillelmum Lespinae Magistrum-Generalem Monetarum Regni Francie, ^m Theſaurarium Ruthenensem, & alias plures notabiles personas in talibus expertas, Informationes fieri mandaverimus, & factas Nobis per eosdem reportari, ad finem quod super hoc ⁿ prout esse utile melius ordinare ⁿ voleremus; Notum facimus quod Nobis clare constat, visis dictis Informationibus, quod expediens & utile erit ipsi Domino meo, ejus successoribus & rei publice, si Moneta in dicto loco de cetero ^o fiat & de novo construat, quod Nos ^p Consulibus & habitatoribus dicti loci Ville-Franche ^p Ruthenensis concessimus & concedimus per presentes, de nostris certa sciencia, gracia speciali & auctoritate Regia qua sumus in hac parte, quod in dicto loco ex nunc sit & fiat Moneta Auri & Argenti nomine dicti Domini nostri, & ejus Successorum, & in ipso duret & remaneat quamdiu dicti ^q nostri sive nostre placuerit voluntati; quodque in eadem Moneta sint Magistri, Gardie, Tailliatores, Operatores & alii Officarii, qui consimilibus privilegiis, Libertatibus & prerogativis gaudeant & utantur, quemadmodum seu quibus Magistri, Gardie, Tailliatores, Operatores & alii Officarii aliarum Monetarum Regni Francie, uti consueverunt & gaudent. Quocirca Senescallo, Theſaurario, Procuratori Regio, ceterisque Justiciariis & Officiariis dicte Senescallie Ruthenensis, nec non quibuscumque Magistris-Generatibus Monetarum Regni Francie, ac universis & singulis Commissariis seu Reformatoribus quavis

N O T E.

(a) Tresor des Chartres, Registre 104. Piece 345.

auctoritate, potestate vel mandato fungentibus, tenore presentium damus in mandatis, quatenus dictos Consules & habitatores nostra presenti concessione & gratia nri & gaudere pacifice permittant; ipsamque concessionem nostram inviolabiliter observent & observari faciant & procurent, nichil in contrarium attemptando nec à quoquam attemptari permit- tendo; attemptata vero vel innovata si que fuerint in contrarium, revocent & annullent visis presentibus^a & indilate; quia sic fieri volumus & eciam tenore presentium ordinamus. Quod ut firmum & stabile perseveret, nostrum novum Sigillum in absentia magni, presentibus Litteris duximus apponendum. Actum & datum Tholose, anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo^b prima, mense Decembris.

CHARLES V.

à Paris, au Château du Louvre, le 7. de Septembre

1373.
^a mot inutile.^b primo.

Quas quidem Litteras ac omnia & singula in eis contenta, rata & grata habentes, ea laudamus, ratificamus, approbamus, & auctoritate nostra Regia, ex certa sciencia & speciali gracia tenore presentium confirmamus, ac premisis attentis, omnia suprascripta dictis Consulibus & habitatoribus de novo concedimus auctoritate ex certa sciencia & speciali gracia supradictis: Dantes tenore presentium in mandatis Senescallo, Thesaurario, Procuratori nostro, ceterisque Justiciariis nostris predicte Senescallie Ruthenensis, nec non quibuscunque Magistris-Generalibus Monetarum Regni nostri, ac universis & singulis Commissariis seu Reformatoribus quavis auctoritate, potestate vel mandato fungentibus, quatenus dictos Consules & habitatores nostra presenti confirmatione, concessione & gracia nri & gaudere pacifice permittant, ac omnia & singula suprascripta observent & faciant inviolabiliter perpetuis temporibus observari, juxta formam & tenorem predictarum Litterarum superius insertarum, ac nostre presentis gracia & concessionis; ad statum pristinum reducendo seu reduci^c faciando, si in futurum aliqua forsan contingeret in contrarium attemptari. Et ut premissa omnia perpetue firmitatis robur obineant, Sigillum nostrum hiis presentibus^d mandamus apponi: Salvo in aliis jure nostro, & in omnibus quolibet alieno. Datum Parisius, in Castro nostro de Lupara, septima die mensis Septembris, anno Domini M.° CCC.° LXXIII.° & Regni nostri decimo.

Per Regem. J. TABARI.^c faciando.^d mandavimus.*(a) Mandement pour faire une fabrication d'Espèces.*

CHARLES V.

à Paris, le 11. de Septembre

1373.

^e dépenses.

CHARLES par la grace de Dieu Roy de France. A noz amez & feaulx les Generaux-Maistres de noz Monnoyes: Salut & dilection. Comme à present Nous aïons à faire & supporter très grans & innumerables^e mises, tant pour le fait de noz guerres comme pour la defenſe de nostre Royaume; & pour ce aïons requis nostre amé Berthelemi Spifame Marchant & Bourgeois de Paris, qu'il Nous face prest de certaine somme d'Argent, lequel Nous a accordé gracieusement ce que requis luy avons; ^f parmi ce toutes voyes qu'il n'a mie à present en comptant de quoy il Nous puist faire ledit prest, si comme il dit, Nous luy avons accordé qu'il puist mettre presentement en nostre Monnoye de Paris, douze cens Mars d'Argent en Vaisselle & en Argent ^g encendré, ou environ, allaicz à unze deniers six grains fin ou environ, afin qu'il Nous puist plustost & plus prestement secourir dudit prest que mandé & requis luy avons, comme dit est. Pour ce est-il que Nous vous mandons que les dits onze cens Mars d'Argent dessus dits, en Vaisselle & en Argent en cendrée, vous faictes ouvrer & monnoyer en Deniers d'Argent, sur le coing & forge de ceulx qui courent à present pour quinze Deniers Tournois la Piece, les quelz feront de ^h huit Solz de poix au Marc de Paris, & auront cours pour quinze Deniers Tournois la piece; & qu'ilz soient à unze deniers six grains fin ou environ, comme

^f moyennant.^g Voy. cy-dessus, p. 301. Note (c).^h de 96. P. au Marc.

NOTE.

(a) Registre D. de la Cour des Monnoyes de Paris, fol.° 8 vingt 11. R.° (171).

Avant ces Lettres, il y a :

Mandement pour douze cens Mars d'Argent en Vaisselle, lesquelz ont esté ouvrez par Pierre Bourdon Maistre-Particulier de la Monnoye de Paris.